



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Canonem Sacrificii Missae, Vti & reliquas eiusdem
Partes Brevis Ac Lvcvlenta, & ad pietatem vtilis Expositio**

Veken, Frans van der

Coloniae, 1644

§ 6. Quam Oblationem tu Deus in omnibus quaesumus

urn:nbn:de:hbz:466:1-9878

Quæ quām aptè nostris etiam temporebus congruunt!

§. VI.

*Quam Oblationem tu Deus in omnibus
quaesumus.*

Es ista cōclusio, & quēdam veluti recapitulatio quatuor Oblationū p̄cedentium: qua Patrem rogamus, ut p̄sens Sacrificij oblationē, quatenus omnes priores complectitur, *in omnibus*, siue pro peccatis, aut actione gratiarum, siue pro obtinendis beneficijs, aut in holocaustum, *benedictam*, *adscriptam*, *ratam*, *rationabilem*, *acceptabilem* q̄ facere dignetur: tam ex parte rei oblatæ, per Consecrationem; quām ex parte Sacerdotis, populiq; offerentis, per suam gratiam ad hoc necessariam. Idq; eum in finein, vt panis & vinum, quæ hactenus, vt diximus c. i. §. 5. Corpus & Sanguinem Christi sub proprijs speciebus futurum repræsentabant,

E. 4. *deindeq; iam*

iam reipsa fiant *Corpus & Sanguis Domini nostri I E S V Christi*: neque ab solutè tantùm, & in se, sed etiam respectuè, & *nobis*, in utilitatem scilicet, & salutem nostram.

Orat autem Sacerdos pro effectu Consecrationis, non quod timeat de efficaciâ verborum, si modo debito proferantur: sed partim ut non suis vi tribus, verùm diuinæ omnipotentiæ effectum adeo supernaturalem adscribat: partim etiam, ut in re tanti momenti omnia tuta timeat, ne forte ex sua parte aliquid desit. Hic enim locum habet illud Sapientis a: *Hominis est animam preparare per intentionem consecrandi & sacrificandi: verùm in re tantâ id non sufficit, sed restat, ut & Dominus gubernet linguam, qua ritè ranta mysteria peragantur.*

Cæterum verba illa, *adscriptam, rationabilem, acceptabilem*, fuisse etiam tempore S. Ambrosij ad rem præsentem a Proverb. 16.

tem adhibita, constat ex 4. eius libro
de Sacramentis c. 5. duoq; reliqua haud
recentiora censemur. In quorum sin-
gulis, et si plures multa mysteria, recon-
ditaq; indagent: saluâ tamen eorum
pietate & sapientiâ, breuitati meæ, &
fortè etiam literali sensui consultum iri
existimò, si dixero, vnam esse omnium
sententiam, magis minusq; expressam:
qua videlicet Deo commendetur Sa-
crificij oblatio; vt eam *in omnibus be-
neditam*, & inter dona sibi grata *ad-
scriptam*, & approbatam confirmata
que, quod vox *rata* designat: præ-
terea *rationabilem*, diuinis scilicet ra-
tionibus congruentem: ac tandem *ac-
ceptabilem*, id est, dignam, quæ non so-
lùm ex parte doni, sed etiam ex parte
Ministri offerentis à Deo acceptetur:
non quidem ex nostris meritis habere,
sed sua gratia facere dignetur. Neque
hoc insitatum, siue in præsenti Sacri-
ficio, siue in literis sacris; vt verba quæ
idem, sed sub ratione aliquo modo di-

E 5

uersâ

- 180 -

uersa significant, multiplicentur: tum ad magis declarandam rei magnitudinem, tum etiam ut longiore eiusdem rei consideratione magis nutriatur & crescat affectus. Præterquam quod singulis Crucibus, quæ h̄ic quinæ formantur, singula etiam verba aptari conueniret.

C A P V T IV.

De Consecratione.

Post oblationes verbales haud frustra, ut hactenus vidimus, multiplicatas, vix tandem sequitur realis Oblatio, sanè dignissima tanto prævio apparatu, per quam nimirum incruento verborū gladio *idem ille Christus in altari immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit.* Quod qua ratione fiat, etsi ab alijs aliter explicetur, facile intelligitur per occisionem quandam mysticam & repræsentatiuam; qua-

quan-